¶ Indentura facta ad terminũ vitę, de tenementis.

Hec indentura facta inter magistrũ R.S. magistrum aule, siue collegij de B. viuersitatis Oxoñ, & scholares eiusdẽ ex vna parte, & T.A. ciuẽ & mercerũ Londoñ ex altera parte, testatur ꝙ pred' magister & scholares vnanimi assensu/ & cõcẽsu/ & volunt̃ cõcesserunt tradiderũt/& ad firmam dimiserunt prefat̃ T. totum illud mesuagium eorum, cum suis pertiñ: situat̃ iuxta cimiteriũ ecclesie sancti Laurentij in veteri iudaismo Londoñ, except̃ duabus cameris/ quas vicarius de C. modo tenet/ occupat cum liberis introitu/ & exitu. ad eãd' eisd' magistro & scholaribus, & eorum successoȓ reseruatis, habend', & tenend ꝑ dictum mesuagium, cum suis petiñ, except̃, precept̃ prefat̃ T. A. a festo Sancti Michaelis Archangeli proximũ futuȓ/ post dat̃ present̃ vsq; ad finem termini vite sue, ac execut̃/ & assigñ suis per vnum annum, vltra reddend' inde annuatim durante termino predicto presta magistro, & scholaȓ, & eorũ successoȓ, &c. Etsi contiigat. &c. Et predict̃ magiet scolaȓ & eorũ succ. predit̃ mesuagium, cum suis pertiñ, integulatura reparatione, gurgit̃ de plumbo, cum sustentatione murorum, & mundatione latrinarum. &cet̃. & pertic. situat̃ ad murum coquine, bene/ & compenter sustentabunt, & contra ventum, & pluuias defensibilia facient, durante termino predicto, & predictus magister/ & scholares/ & eorum successores bis in anno libere intrabunt in dictum mesuagium, cum suis pertinencijs, ad superuiden=

dum reparacioñ, & defectus si que fuerint, ad proficium p̄dicti magistri / & scholarium / & eorum successor̄: & predict B. non faciet trasmutar̄ in predicto mesuagio, sine auisamento eorundem magistri / & scholarium / & eorum succe. vel eorum procurator̄. Et predicti magistri / & scholar̄. &c. predictum mesuagium, cum suis pertiñ, except̄, preexcept̄ prefat̄ B. ad termĩ vite sue ac executor̄ & assigñ, per vnũ annum vltra, contra omnes gentes war̄, ac acquietabunt per presentes. In cuius rei testim̃. &c. partes predict his indentur̄ sigilla sua alternatim apposuer̄, his testibus. &c. Dat̄. &c. Anno regni regis. &c.

¶ Indentura firme rectorie.

HEc indentura Facta inter dñm. w. D. rectorē ecclesie prochialis de D. in com̃ N. ex vna pte et dñm I. T. capell̄ et w. C. taillour de eadē parochia et altera parte testar̄ q̄ p̄dictus dñs w. D. p presentes cōcessit tradidit, et ad firmam dimisit predic. domino I. T. et w. C ecclesiam suam predictam cum rectoria, et gleba eiusdem ecclesie, cum omnibus fructibus, oblationibus, decimis, et alijs pertiñ. et commoditatibus quibuscunq; eid̄ ecclesie et rectorie spectañ. habend̄. et tenend̄. ecclesiam et rectoriam et omnes glebas dicte rector̄, cũ omnibus suis iurib9 ac vniuersis pertineñ. p̄fato dño I. T. et w. C. et assigñ suis a quito die Ianuarij prox. futur̄. vsq; ad finē termini trium annorũ, extũc proximo sequeñ. et plenarie cōpletorũ, exceptis et reseruatis eidē dño w. D. principali camera dicte rectorie. et vno stabulo pro equis suis, per totum dictum terminum reddendo inde pro primo anno dicti termini predicto w. D. vel eius in hac parte procuratori legittime deputato x. li. ad festa Pasche et sancti Michaelis Archangeli, per equales portiones. et post primum in hac parte procuratori prefate domino w. D. vel eius annum redd̄ inde annuatim legittime deputato, duodecim libras sterlingorum, ad festa predicta, per equales portiones.

Et predictus dominus I. & w. C. omnia onera tam ordinaria, q̄ extraordinaria eiusdem ecclesie & rectorie medio ipse incumbentia, cum omnibus suis iuribus / & consuetudie persoluent / & supportabunt: & predicti firmarij inuenient Capellanum idoneum in dicta ecclesia continue celebrantem Sacramenta: & sacramentalia continue ministrantem / per totum dictum terminum, necnon omnes domos / dicte rectorie ac cācellum dicte ecclesie sumptibus suis proprijs & expensis reparabunt, sustentabunt, & manutenebunt: & ea in adeo bono statu quo ea receperunt, & omnem quoq; terram arabilem dicte glebe, pro ordeo bene aratam, & septem acras terre inde competenter finitas, in fine predicti termini, sursum atq; iterum reddent / & dimittent. Et predictus dominus w. D. habebit fructum duarum acrarum frumenti, super glebam dicte rectorie crescen̄ hoc anno. Nec licebit eisdem firmarijs arbores crescentes super glebam / nec in cimiterio dicte rectorie prosternere, nec cimare, nisi ad reparationem clausorum dicte rectorie per dictum terminum. In cuins rei testimonium partes predicte his indenturis, sigilla sua alternatim apposuer̄. Dat. &c. Anno. &ce.

¶ Indentura dimissionis domus Brasinij, seu pandoxatoris.

Hec indētura facta iter T. D. de O. Grosser ex vna parte, & I. T. Bruer ex alia parte, testat̄ q̄ predictus T. concessit, & ad firmam dimisit prefat̄ I. totum tenementum Brasinium, cum omnibus suis pertin̄, vocat̄ le Horne, situat̄ in vico de C. in parrochia. &c. in villa. &c. inter tenementum. &c. simul cū omnibus vasis, & vtensilibus eidem tenemento spectan̄ seu pertin̄, videlicet duobus molar̄ precij. &c. duobus plumbis magnis: precij. &c. vno cacabo existen̄ in fornac. vno taptroughe de plumbo precij. &c. vno masshfato precij. &c. x. barellis precij. &ce. vel sic, cum omnibus vasis / & vtensilibus in quibusdā alijs

indenturis, his indenturis annexis contenť, habenđ et tenenđ. &c. Et predictus I. & assigñ predictum tenementum, in copertura, daubura, et clausura durabunt, ac vasa predicta & vtensilia reparabunt bene & competenť, durante termino. &c. prouiso semper quod si aliquod vasorum seu vtensilium pređ propter defectum vetustatis, infra dictum terminum indigerit renouari, Tunc dictus T. huiusmodi vasa seu vtensilia sic renouanda, quoties necnon fuerit renouabit durante termino. &c. ita videlicet ꝙ ob defectum seu negligentiam dicti I. seu seruientium suorum cōfracta vel distructa, non fuerint necnon dictus T. & heređ sui predictum tenementum cum suis pertiñ, ac vasa & vtensilia predicta prefato I. heređ & assigñ suis, contra omnes gentes warť vsq; ad finem termini. &c. In cuius rei testimoniũ partes predicte presentibus alternatim sigilla sua apposuerunt. Datum. &c.

¶ Indentura firme.

HEc indentura facta. &c. testať ꝙ predicť A. tradidit & ad firmam dimisit B. manerium suum de H. cum terris, pratis, pascuis, pasturis, vijs, aquis, semitis, redditibus, seruitijs, releuijs, eschaetis, cuř, et sectis cuř, vno cum toto stauro & vtensiľ, in quibusdam alijs indenturis annexis contenť, ac cum omnibus alijs iuribus, commođ, & pertiñ quibuscunq; exceptis & reseruatis eiđ A. vno molendino aquatico, & piscaria ibidem, & aduocatione. &c. habenđ & tenenđ. &c. a festo. &c. reddendo inde. &c. Et pređ A. muros et clausuras dicti manerij, ac cetera cotagia, et redditura eidem manerio pertiñ in principio dicti termini bene et competenter reparabit. Et precipio dicti termini bene & competenter reparabit. Et predictus B. predcm̃ manierium cum domibus, muris, clausuris, cotagijs, & reddituarijs eidē manerio spectanť, sic suffic. reparať sumptibus suis proprijs et expensis sustentabit, reparabit, et manutenebit, vsq; ad finem termini pre-

dicti grasso maremio alieno vento subito prostrato, & vetusta ruina duntaxat exceptis. Et predictus B. predict staurum cum utensil' in predictis alijs indenturis annexis content vel eorum verum valorem prout apprecient in eisdē in fine dcti tmini prefat A. aut assignatis sursum reddet, & dimittet cōi morina duntaxat excepta, nec licebit predict B. predictum manerium, cum suis pertiñ predict, nec aliquam inde parcellam except cotagijs et pertinēcijs, redditurarijs alicui dimittere, durante dicto termino sine speciali licencia dicti A. & si contingat pred firmā &c. Et habebit idem B. housbote, heybote, catebote, de arbor. & boscis dicti manerij competent. ac etiam firebote rationabile de ramis et scissione arborum, absq; proiectione. vel cimatione earundē, et absq; vasto seu destructione faciend in eod manerio cum pertiñ. Et predictus A. pred maneriū cum, &c, contra oēs gētes, &c. Dat, &c, an, &c.

¶ Indentura apprenticietatis

HEc indentura facta inter G. C. de Oxoñ sissorem ex parte vna, et filium I. S. ex parte altera, testatur q̄ predictus I. fili⁹ predcti I. S. stabit & morabitur cum predict G. apprēticius suus erudiendus in artificio cissoris, vel sic de tayllour crafte, et omnibus alijs occupac. officijs, et mysteriis quibus idem G. vtitur vel ipsum vti ꝯtigerit, a festo Natiuitatis dñi proximo futur p⁹ dat presentiū, vsq; ad finem termini. vij. annorū, extūc ꝓximo sequiū, et plenarie completorū: per quē quip terminū pred G. C. ipsum apprenticiū suū in artificio suo pred et in omnibus alijs occupac. et misterijs quibus ipse vtit, vel interim vti cōtigerit meliori mō quo poterit diligent et fidelit imformabit et docebit, ac ipsum decēt tractabit et sibi durāt termino pred victū, vestitū, ac oīa alia sibi necessaria, prout tali apprenticio decet sumptibus suis proprijs inueniet et expensis, Et prefat apprenticius concel-

sit per presentes q suum dictum artificium ad discendum, et omnia alia addiscenda diligenter suã diligentiam exhibebit, et eid magistro suo & vxori sue bene et fideliter deseruiet per totum dictum terminum, et eorum mandatis licitis et honestis obediet circa commodum eorum non cõmodum proprium, vel alienum sollicite laboret, secreta sua et domus sue celãda celabit, fornicationem seu adulteriũ non faciet, vxorem nõ capiet nec alicui affidabit, bona magistri sui non deuastabit, nec ea alicui accommodabit sine licentia speciali, meretrices, tabernas, & cõsortia inhonesta non frequentabit, ad talos tabulas et scacarium non ludet, a seruitio dicti magistri sui se non absentabit, dampnum dicto magistro suo, aut vxori sue non faciet nec clam nec palam fieri procurabit vel permittet, sed illd impediet viribus totis pro posse suo, et si impedire non poterit eisdem vel alteri eorum reuelabit, et se bonum et fidelem habebit erga eosdem tam dictis q factis sub pena duplicationis termini predicti, atq; ad omnia predicta bene et feliciter conseruanda corporale prestitit iuramentũ. In cuius rei testimonium partes predicte sigilla sua alternatim apposuerunt. Datum. &c.

¶ Indentura seruientis.

HEc indentura facta. &c. testat q predictus w. deseruiet prefat I. R. in offic. tabernarii et aliis occupac. licitis et honestis a festo Penthecostes prox. futu. post dat pñtiũ vsq; ad finẽ vni9 an. px. extunc sequeñ capiẽdo p stipẽdio suo p dict annũ. xl. s. & victũ, ac semel vnã togã deliberat dci I. magistri sui statui suo cõpetẽt: & dict w. bñ et fideliter sñ fraude et dolo custodiet tabernã, et vina pred I mgri sui p suis virib9 in dctã taberna appruendo, et respondeat idem. w. de qualibet pipa vini quinq; mercas et dimidiam, si lagena vendatur ad octo denarios. Et si ad plus, respondeat ad plus, dictus w.

fideliter faciet de dulci vino diligentiam suam sine fraude et dolo, ac curam suam in seruando et vendendo secũdum ꝙ dictus I. magister suus sibi limitabit. Et si aliquod dampnum vino in dicta taberna ob defectu dicti w. vel vastum eueniat, tũc de illo dampno, vel vasto idem w. satisfaciet eidem I. & dictus w. respondebit de omnibus vasis, et ciphis deliberatis. Et si seruit dicti w. non placeat dicto I. in fine dicti anni, liceat sibi dictum w. dimittere eodem modo si dict I. non placuerit dicto A w. liceat eidem w. recedere. In cuius rei. &c.

¶ Indentura defesancie inter partes deseruient.

HEc indentura facta. &c. testat ꝙ licet I. R. de O. labourer, tenetur R. S. de C. salter inter centum li. sterlingorum soluend eidem R. ad festum sancti Michaelis archangeli proxi. futur prout in quadam obliligatione inde confect plenius continetur. Vult tamen et concedit prefat R. per presentes, ꝙ si predictus I. steterit, et moratus fuerit cum prefat R. seruus suus erudiendus in artificio suo de saltecrafte, & in omibus alijs occupac. offic. et misterijs quibus idem R. vtitur, vel ipsum vti contigerit, a festo natiuitatis sancti Ioannis Baptiste prox. fut. post dat presentium vsq; ad finem vnius anni, extunc prox. sequen, et sic de anno in annum, vsq; ad finem termini. vij. annorum, vno post alium immediate sequen, et plenarie completorum capiendam annuatim, durante termino supradicto a dicto R magistro suo victum et vestitũ, et omnia alia sibi necessaria statui suo competẽtia, et xij. d. sterlin. durante dicto termino, et predictus. I. dicto R. magistro suo, et vxori sue bene, et fideliter deseruiet eorũq; p̄ceptis, licitis & honestis obediet circa cõmodum eorum, et non commodum suum proprium. &c. vt supra, et fideliter se habebit tam in dictis q̄ in factis, erga dictum R. magistrum suum, ꝙ extunc dicta obligatio sit nulla, et si pre-

missa vel aliquod premissorum infringat, extunc predicta obligatio stet in suo robore & effectu. In cuius rei testimocium presenti scripto indentat̄ prefat̄ R. & I. sigilla sua alternatim apposuerunt. Dat̄. &c. Anno regni regis H. vij. post conquestum Anglie. xx. &c.

¶ Carta fœdi facta in excambio, de duabus partibus manerij, & aduoc. ecclesie, & in. iij. partrs. &c.

SCiant presentes & futuri ꝙ ego w. S. armiger dedi, concessi, & hac presenti Carta mea indentata cōfirmaui I. S. militi, duas partes manerij mei de C. in comitatu B. cum omnibus natiuis meis, & eorum sequela tam procreata q̄ procreanda vna cum omnibus terris & tenementis, redd̄, & seruic. liberis natis, ac cū duob⁹ molendinis, vnde vnum aquaticum, & aliud venticum, cum secta multar̄, tam liberorū q̄ natiuorum, cū pratis, pascuis, et pasturis, vijs, semitis. ripiarijs. aquis. piscarijs. stagnis. viuarijs, turbarijs, gardinis, curtilagijs, homagijs, wardis, mariagijs, communijs, boscis, suboscis, warennis, moris, maristis, releuijs, eschaetis, curijs, & sectis curie cum visu franciplegij, & cum alijs suis iuribus, pertin̄, consuetudinibus. libertatibus, et commoditatibus quibuscunq; eidem manerio spectantibus, dedi etiam et concessi eidem I. S. aduoca. ecclesie de E. predicto manerio spectan̄, necnon reuertionē tertie partis pred̄. manerij quam A. mater mea tenet nomine dotis sue cum acciderit post decessum eiusdē A. habend̄, et tenend̄ predict̄ duas partes manerij pred̄ de omnibus natiuis meis. &c. vt supra. vna cum aduocatione predict̄ sancte ecclesie, ac reuerc. tertie partis predicti manerij, cum acciderit pred̄ I. & assign̄ suis imperpetuum, in excambio pro manerio suo de H. M. in com̄ Oxo. quod ego habeo ex dono, et feoffamento pred̄ I. per excambium predictum de capital̄ dominis feodi illius, per seruic. inde debita, et de iure consueta, sub forma & conditione

sequeñ, videlicet q̄ si pred̄ manerium de H. cum suis pertiñ, vel aliqua inde parcella imposterum de me vel hered̄ meis, aut de meis assigñ iusto titulo ex antiqno tempore moto per legis processum & iudic. in curia dñi regis redditum seu reddend̄ recuperetur, aut per statutum stapule vel mercat̄ recogñ vel conces. annuatis ante hec tempora per possessores dicti manerii de H. fact̄ seu cognit̄ oneret̄ seu extendatur, extunc bene liceat mihi prefat̄ w. hered̄ et assigñ meis, predicctum manerium de C. cum omnibus natiuis meis et eorum sequela. &c. vts. vna cum aduocatione et reuersione predict̄ reseisire, reintrare, et ea rehabere, et retinere, vt in statu meo pristino hac p̄senti Carta mea indentata, ac seisina inde liberata vllo modo non obstante. Et ego vero predictus w. et hered̄ mei predict̄ manerium de C. cum omnibus natiuis meis et eorum sequela. &c. vts. vna cum aduoc. &c. ac reuersiōe tertie partis. &c. cum acciderit prefatñ I. heredibus & assignatis suis, in forma premissa contra omnes gentes warañ. & imperpetuum defendemus. In cuius rei tes. &c. vni parti h⁹ Carte mee indentate penes p̄fat̄ I. C. remanent̄ sigillum meum apposui, alteri vero parti eiusdē Carte. &c.

¶ Obligatio.

NOuerint vniuersi per presentes me R. B. de. &c. teneri & firmiter obligari I. H. in centum libris sterlingorum soluendum eidem I. aut suo certo attorñ seu executor̄ suis in festo sancti Ioannis Baptiste proximo futur̄ post datum presentium, ad quā quidem solutionem bene et fideliter faciend̄, obligo me et heredes, et executor̄ meos per presentes sigillo meo sigillat̄. Dat̄. Anno regni regis.

¶ Obligatio de pluribus:

NOuerit vniuersi p p̄ntes nos R. C. de. &c. & G. M de. &c. teneri &c. C. D. & I. E. in C. li. sterl̄ eisdē C

et I. aut eorum alteri, aut eorum cert attorn seu executoribus suis in die. &c. obligamus nos et vtrūq; nostrum per se pro toto et in solid hered et executores nostros per presentes. In cuius rei testimonium presentibus sigilla nostra apposuimus. Dat. &c. Anno. &c.

¶ Obligatio abbatis

NOuerint vniuersi per pn̄tes nos Thomam walters Abbatē monasterij btē Marie virginis de Oxon̄. in com Oxon̄ eiusdem loci conuentum vnanimi consensu et assensu totius capituli nostri teneri. &c. ad quā sol. &c. obligam⁹ nos, & succes. nr̄os p pn̄tes sigillo nostro communi sigillat. &c. vel sic in. x. libris sterl pro victualib⁹ bus, aut pro panno ad vsum et vtilitatem domus nostre ab eod I. empt, soluend. &c.

¶ Obligatio facta per magistrum collegij.

NOuerint vniuersi per pn̄tes nos H. R. magistrum rectorem, prepositum, vel custodē collegij de B. vel hospitalis sancti Ioānis baptiste de N. & eiusdē loci consortes, confratres, vel huiusmodi teneri. &c.

¶ Obligatio continens diuersos dies solutionis.

NOuerint vniuersi p pn̄t me R. I. de. &c. teñri. &c. in. C. li. sterl soluend eid. &c. in forma subscripta videlicet in festo Pasche. px. fu. post dat pn̄tiū. l. li. & i fest sancti Mich arc. ex tūc. px. sequen̄. l. li. ad q̄s quidem solutiones bn̄ et fidelit faciēd obligo. &c. Et p presentes volo & concedo q icōtinēti postq̄ aliquis defect⁹ fiat in aliq̄ soluc. pdict in pte vl in toto, cōtra formā p̄d, extūc p̄sens obligacio i toto sit execut. In cuius rei test presentibus sigillum meū ap, Dat, &c. Anno, &c.

¶ Obligatio per mercatores alienigenos, qui habent sigillum commune.

NOuerint vniuersi. &c. nos. B. &. C. mercatores de Venetia tā pro nobis metipsis, q̄ pro tota comitiua nostra teneri & firmiter obligari I. w. &c. soluend. &c. ad quam. &c. obligamus nos, & totam comitiuā nostram, & quemlibet nostrum per se in toto, et in solid et succ. nostros, ac omia bona et catalla nostra vbicunq; fuer. inuenta, tam citra mare q̄ vltra mare per presentes. In cuius rei testimonium. &c. presentibus sigillum nostrum quo vtimur est appensum. &c.

¶ Obligatio statuti mercatoris.

NOuerint vniuersi. &c. me R. H. &c. xx. li. legal monete Anglie soluend eid. &c. et nisi fecero, volo & cōcedo q̄ currant super me hered et executores meos districtiones et pene prouise in statut domini regis apud Acton Burnell & westm, pro mercatoribus edit. Et facta fuit hec recognitio coram I. F. &. w. C. balliuis ville de G. custodibus maioris speciei sigilli dicti statuti & C. K. clerico domini regis custode minoris speciei sigilli eiusd statuti ad recognitiones debitorum mercatorum apd G. predictam accipiend deputat. In cuius rei testi. presentibus sigillum meum apposui, et sigillum dicti statuti his apponi procuraui. Dat apud B. &c.

¶ Recognitio per statutum.

VIcesimo die Septembris Anno regni regis E. iiij. post cōquestum Anglie vicesimo primo R. H. de &c. venit coram I. F. & w. C, balliuis ville de G. et C, K, clerico domini regis ad recognitiones debitorum

mercatorum apud B. predictā accipiēdum deputat, & recognouit se debere I. M. xx. li. legalis monete Anglie soluend. &c. Et nisi fuerint concedit ꝙ currant super se heredes & executor suos districtiones et pene prouise in statut domini regis apud Acton Burnell & westm̄ pro mercatoribus edit, & ce.

Conditio obligationis.

COnditio istius obligationis talis est, ꝙ si īfra obligat Ioannes soluat seu solui faciat infra scripto. C. aut suo attorn̄ seu executoribus suis. xx. s. sterlin. ad festum inferius limitatum, extunc presens obligatio sit nulla, sin autem stet in suo robore et effectu. &c.

¶ Conditio obligationis de diuersis soluc.

SI I. interius obligatus soluat aut solui faciat infra scripto w. aut suo certo attorn̄ seu execut suis xxx. s. sterlin. sub forma subscripta, videlicet, ad festum interius limitatum decem solid ad festum Mic. arc. extunc proxi. seqneñ. x. s. et ad festum Pasche, extūc prox. sequeñ. x. s. extunc presens obligatio pro nullo teneatur. Et si defectus fiat in aliqua solutione predict in parte vel in toto, ꝯtra formā predict extūc pñs obligatio stet in suo robore et effectu.

¶ Defesansia indentata

HEc indentura facta, &ce. testat ꝙ licet pred I. R. tenet prefato G. w. in. xl. s. ster solueud eidem G ad festum Pasche proximo futur prout in oblig. quadam inde confect plenius continetur, predictus tamē G. vult et concedit per presentes ꝙ si predi. I. soluat aut solui faciat prefat G. aut suo certo attorn̄ seu execut. suis

xx.s.sterl'.ad festum predictum, ex tunc presens obligatio sit nulla sin autem stet in suo robore & effectu. In cuius rei te.ptes p̄d his indētur sigilla sua alternatim ap.&c.

¶ Defesansia indenture.

HEc indentura facta.&c.testatur q̄ pred I.B.teneatur.&c.soluend eidem.&c. vult tamen et cōcedit prefat A.M.per presentes q̄ si predictus I.soluat aut.&c.centum li.in forma subscripta, videlicet ad festum Pasche prox.futur quinq; li.et ad festum Ioannis Baptiste extunc prox.sequen quinq; li. ad festum sancti Michaelis archan.extunc prox.sequen.v.li.et ad festum Natalis dñi prox.extunc sequen quinq; li. et post predictum primum annum sit complet de anno in annum, vno post alium continuo sequen, quolibet anno.xx.li.ad quodlibet festorum predictorum quinq; li. quousq; predict centum li.plenarie persoluantur, extunc pñs obligatio sit nullius vigoris. Et si defectus fiat in aliqua soluc.pred in parte vel in toto, contra formam predictam, extūc presens obligatio stet in suo robore et effectu.&c.

¶ Defesansia super statutum mercator.

HEc indentura facta &cc. testat q̄ cum predctus I.B.teneatur prefat I.w.in centum li.sterl, soluend eidem I.w.&c.prout in quodam scripto obligatorio statuti mercatoris fact et recogñ coram T.C. tunc maior ville Oxoñ, et I.L. clerico ad huiusmodi recognitiones debitorum in eadem villa accipiend, deputato primo die Octobris vltimo preterit plenius continetur, vult tamen et concedit predictus I.w. per presentes, q̄ si prefatus I.w.pacifice habeat & gaudeat sibi, heredibus, et assigñ suis imp erpetuum quodd tenement cum suis pertinentijs, quod I.w.tenet et inhabitat in villa de Oxoñ, absq;

pfito seu perturbac. pred I. B. her suorum, aut aliquorum aliorum quorumcunq; nomine suo virtute alicuius tituli iuris vel clamei cuiuscũq;, quod quidem teñ pred I. w. nup perquisiuit de. w. B. nuper patre ipsius. I. B quod extũc ꝑsens scriptum obligat statuti mercatorij cassum sit et vanũ, et pro nullo habeatur, sinautem stet in suo robore & effectu, In cuius rei testimonium his indentur. &c.

¶ Defesansia super statutum stapule.

HEc indentura facta. &c. testat ꝙ licet predictus S. C. per scriptum suum de statuto stapule teneatur et obligatur prefat B. C. in C. li. sterl, soluend eidem B. loco, & in festo, in dict scripto content pred tamẽ B. pro se hered et execut suis, vult et concedit per presentes ꝙ si pred S. aut aliquis alius ipsius nomine soluat aũt solui faciat, prefat B. x. li. in festo sancti. &c. prox. post dat presentium sine vlteriori dilatiõe, ꝙ extunc pred scriptum de statuto stapule careat robore suo, alioquin stet in omni suo robore et effectu. &c.

¶ Defesansia facta super Cartam.

HEc indentura facta. &ce. testatur ꝙ si licet predictus I. S. filius et heres Iohanne filie, et heredis B. R, de Oxoñ. per Cartam suam dederit, et concesserit prefat I. B. et. I. A. vnum mesuagium, cum duabus shopis eidem mesuagio annexis in Oxo. in parrochia. &c. in vico de C. situat inter tenementum. &ce. habendum et tenendum predictum mesuagium cum shopis. &c. prefat I. et A. hered & assigñ suis imperpetuum, prout in Carta predict plenius continet. tamen predict. I. B. et I. A. volunt & cõcedunt pro eis hered et assigñ per presentes ꝙ si predict I. S. toto tempore futur conseruet ipsos et eorum vtrunq; indempnes, et sine perditione versus A, Abbatem de. S.

et eiusđ loci conuentum, & eorum succ. de quod scripto ligaᵗ. xxxv. librarum in quibus ipsi prefaᵗ Abbati, et conuētui obliganᵗ, et tenenᵗ pro denaᵗ quos dictus I.S. debet prefato Abbati et conuentui, extūc tam dicta Carta q̄ feoffamentum, seisina, et possessio super eanđ deliberata pro nullo habeantur, alioquin in suo robore permaneant. In cuius rei testimonium..&c.

¶ Littera atturnatoria ad recipiendum seisinam.

NOuerint vniuersi per p̄ntes me. &c. atturnasse, deputasse, et in loco meo posuisse dilectum mihi in Christo S.D. yoman. ad accipienđ vice et nomine meo de I.B. de. O. plenam possessionem, et seisinam de duobus mesua, rarum et gratum habenᵗ et habituᵗ totum et quicquid atturnatus vice et nomine meo fecerit, in recepc. seisine pređ. In cui⁹ rei testi. huic p̄senti scripto meo sigillum meum appo. Datum, &c.

¶ Littera atturnatoria ad intrandum pro defectu solutionis.

OMnibus Christifidelibus ad quos presens scriptum peruenerit A. de B. salutem in domino sempiternā Cum ego prefaᵗ A. nuper dimiserim feoffauerim, et quađ Carta mea bipartita indentata confirmauerim C. D. de Oxoñ. in q̄đdam teñtum in Oxoñ pređ situaᵗ in parrochia. &c. habenđ et tenenđ. &c. prefaᵗ C. heređ & assigñ suis, sub forma & cōditione sequeñ, videlicet q̄ dicᵗ C. heređ et assigñ sui soluerent aut solui facerent mihi prefaᵗ A. aut execuᵗ meis, in ecclesia sancti Michaelis archangeli, x li. ad festum Pasche prox. futuᵗ, post datum presentium. Et si dictus C.D. vel assigñ sui defecisset vel defecissent, de soluc, somme predicte, aut de aliqua inde parcella ad festū

solutionis superius limitatum, extunc bene lic. mihi prefat A. in predi is tenemẽtis cum suis pertiñ reintrare, & illud in pristino statu meo rehabere predic. Carta mea feoffamẽti & dimissioñ non obstanñ, prout in eadem Carta plenius liquet, et quia prefat D. de soluc. predicta defecit, videlicet de soluc. &c.. Noueritis me prefat A. occasione premissa atturnasse, et plenam potestatem meam concessisse nomnie et vice meo A. &. B. coniunctim & diuisim ad intrand nomine et vice meo in predicť teneñ cum suis pertiñ, quibuscũq; et illud reclamand & possidend, vt in pristino statu meo dictumq; teneñ ad opus meum retinend, ratum et gratum habenť et habituř totum, et quicquid prefat A. et B. attorñ mei coniuncti fecerint nomine meo seu alter eorũ fecerit in premissis prout interessem. &c. in cuius rei. &c.

¶ Littere attorñ ad recipiendum pecuniam virtute obligationis.

NOuerint vniuersi per presentes me H. M. de Ox. &c. atturnasse, deputasse, et in loco meo posuisse. I. G. de. w. ad petendum, leuandum, et recipiendum vice et nomine meo de. R. &c. xx. li. sterľ quas mihi dedit, & in quibus mihi tenetur per scriptum suum obligatorium ratum & gratum habenť et habituř totum, et quicquid dictus attornatus meus fecerit, seu fieri procurauerit in premissis & si necessarie fuerit dictum R. arestand & imprisitandũ, ac i omnibus curijs et placitis ac coram quibuscunq; iudici. & iustic. persequẽdum et recuperandum & de recuperatis et receptis acquietanc. seu aliã exonerať fac. et liberand ratum et gratũ habenť et habituř totũ, et quicquid prefat⁹ atturnatus meus fecerit, seu fieri procurauit in premissis, adeo precise prout interessem. In cuius rei testimonium. &c.

¶ Littera attorñ generalis.

CARTA.

NOuerint. &c. per presentes me w. H. &c. atturnas-se, deputasse. &c. w. R. &c. meū atturñ ad petendū, leuand, & recipiendū vice et nomine meo de quibuscunq; debitoribus, firmarijs, balliuis, prepositis, ministris et tenentibus meis omnia et singula debita mea & denarios mihi per quoscunq;, seu quecunq; debitas et debend, aut pertinec. quouismodo necnon omnia bona & catalla mea mobilia, et immobilia, terras, et tenement redditꝰ, et possessiones, ac cetera quecunq; que mihi aliqualiter, aut quocunq; iure seu titulo contigētia, vel pertiñ me absente vel presente in nomine meo exigere, calumniare, et vendicare, dat et concedent eidem attorñ meo plenam potestatem meam versus omnes & singulos debitores meos, versus quos seu quecunq; actione realis vel personalis, mihi det sectam vel defentionem per legem prosequend, vel defendend, aut quocunq; debitor meos seu transgressores arestand et implacitand, et in omnibus curijs et placitis & coram quibuscunq; iudicibus, et iusticiarijs, prosequend et recuperand, ac de recuperatis et receptis acquietanc. recognic. et alias euident faciend causas absētie mee alligād, lites pronocand, testes cōducend, alium vel alios eius loco substituend, ac in manerio meo intrand, iudic. et senteñ nomine meo recipiend, etiam quoscunq; tenentes, firmarios, balliuos, prepositos, seu ministros meos amouend, alium vel alios loco suo constituend, omniaq; alia & singula que mihi in hac parte necessaria fuerit, seu quomodolibet oportuna agend, exercend, et perimplend, ratum et gratum habentē et habiturum totum, et quicquid dictꝰ atturñ meus vice et nomine meo fecerit, seu fieri procurabit in premissis adeo precise prout egomet facere possem si personaliter interessem. In cuius rei testimonium, &c. sigillum meum de armis apposui. &c.

¶ Littera atturnat ad recipiendum debita de diuersis.

NOuerint.&c.et in loco meo posuisse R.et.w.cōiunctim & diuisim ad petenđ.&c.et ad recipienđ vice et nomine meo de N.M.xx.li.sterł pro duobus bobus, quos de me nuper emebat, ac de G.S.x.s.quos mihi debet pro victualibus que de me emebat.danł & concedenł eisdem meis attorñ coniunctim & diuisim plenam potestatem meam dictos meos debitores et eorum quemlibet pro denarijs pređ.mihi per eos et eorum quemlibet debił si necessarie fuerit ad arestanđ et implacitanđ, ac in omnibus curijs et placitis et coram quibuscunq;.&c.

Littera procuratoria per capitulum ad petendum fructus ecclesie.

NOuerint.&c nos.T.w.presentatorem ecclesie cathedralis M.& eiusđ loci capitulū fecisse ordinasse, & cōstituisse dñm I.S.militē ꝓcuratorē & nūciū nostrū specialē, danł & cōcedentes eidē I.S.plenā potestatē nr̄am petenđ, collígenđ, recipienđ, vice et noīe nr̄o oēs fructus, ꝓuentus, et emolumēta quecūq; eccłie nr̄e de A qualitercunq; spectanł a primo die mensis Septembris. Anno.&c.vsq; ad eundem diem anno reuoluto, videlicet ꝑ vnum annum integrū ratum et gratum habentē & habituł totum, & quicquid dictus atturnatus seu procurator nr̄, seu substituenđ.ab eo noīe nostro fecerit seu fieri procurauerit in premissis. In cuius.&c. huic presenti scripto sigillum cōmune dicti capituli presenł appensum. Datū.apud Collewestū.xxvij.die Nouembris. Anno regni regis.&c.

Littera procuratoria.

PAteat vniuersis per p̄ntes q̄ nos p̄posit⁹ et scolał dom⁹ beate Marie.&c. dilcm̄ nobis in xp̄o mgr̄m. I.C.curatoł nr̄m legitł constituim⁹, ordinauim⁹, & fecimus per p̄ntes, danł et concedenł eidem ꝓcuratori

nostro potestatem generalem et mandatum speciale pro nobis et nomine nostro fructus & decimas ecclesiarum nostrarum de A. & B.. Lincolñ diocec. inhorreand ad firmam dimittēd vno anno, duobus, vel pluribus, aut aliter pro eis disponēdum qualitercūq; sibi visum fuerit nobis magis expedieñ et ad audiēdum compotum de firmarijs nostris ecclesie nostre predicte, de quibuscunq; debitis qualemcūq; pecuniam ab eisdem nobis debit recipiendum acquietantias faciendum, ac omnia alia & singula faciendum et expediendum que nobis in premissis necessaria fuerint, seu oportuna, et pro nobis et nomine nostro exigendum et recipiendum de Thoma Farmã. decem li. sterl, quas ipse nobis debet pro pensione nostra nobis olim per reuerendissimos viros, dominos, decanum, et capitulum Sarum durãte vita. &c. concessas pro duobus annis prox. ante dat presentium retro elapsis & acquietanc. inde faciend ratum et gratum habent. et habitur totum, & quicquid. Datum. anno regni regis, &c.

¶ Acquietantia particularis

NOuerint vniuersi presentes me C. D. de Ox. mancipule recepisse & habuisse de confectionis presentium de R. w. draper. xx. li. sterl, in partes solutionis. lx. li. in quibus idem R. mihi tenetur per scriptum suum obligaturium, de quibus quidē. xx. li. fateor me fore solutum fideliter, dictūq; R. hered et execut. suos inde esse quietos per presentes sigillo meo signat. datum. &ce.

¶ Si fuerit obligatio defesancie super eand, tūc sic. In quibus idem R. mihi tenetur in obligac. sua & defesancia super eandem soluend in termino, vel in festo Natalis domini vltimo preterito, de quibus quidem. xx. li. pred. &ce.

¶ Et si fuerit de firmario tunc sic. Nouerint. &c. recepisse. &ce. de I. E. firmario meo manerij mei, de H. x. li. de firma et exitibus eiusdem manerij, videlicet, pro termino et fe-

sto Pasche vltimo preterito, de quibus. &c. soluť pro termino predicto dictum q, &c. inde esse quieť, &c.

Acqetātia de legatis & de arreragijs redditus.

Nouerint. &c. me G. &c. recepisse & habuisse die confectionis presentiū de. R. &c. executoř testamenti I. H. &c. vnum annulum aurij mihi per prefať I. in testamēto suo predicť legať de quidem. &c. fateor me fore fideliter solut dictumq; R. et executoř suos inde esse quietos et exoneratos per presentes, necnon remisisse, relaxasse, et omnino pro me heređ et execuť meis quieť clamasse eiusđ execuť omnimodas actiones reales, et personales quas versus eos aut eorum alterum vnq̄ habui habeo, seu quouismodo in futurum habere potero, ratione dicti testamenti. In cuius rei testimonium. &c. Anno regni re. &c. Vel sicrec x. li. in plenā soluc. omniū arreť cuiusdā annualisređ a retro existeñ ante dať pñť. &c. videlicet de quattuor denarijs exeuntibus de quođ tenemento situať &c. Et de quibus. &c.

Acquietantia facta per collectorum decime.

Nouerint. &c. me Abbatem &c. eiusdem loci conmenť collectores in com̄ Oxo. prime medietatis vnius decime domino nostro regi in vltimo parliamento suo vpud westm̄ tento, concessit recepisse et habuisse die confectionis presenť de magistro R. rectore ecclesie parrochialis de E. xl. s. pro decima ecclesie illius de quibus quidem. &c. fatemur nos fore solutos, dictumq; R. execuť & successores suos inde esse quieť per pñtes sigillo officij quo vtimur signať. Datum. &c.

Acquietantia facta per vnum creditorem.

OMnibus Christifidelibus ad quos hoc presens scriptum peruenerit.&c.cum I. B.teneatur mihi prefato C.& cuidam H.&c.in.x li.&c.soluend nobis, aut vni nostrum.&c. ad diuersos terminos prout in quadã obligatiõe inde nobis cõfect et defesanc.super eand plenius continetur Nouerint me prefat.C.rec.& habuisse die cõfectionis presentium de prefat I.B.x.s.sterl.in partẽ solutionis predict.x.li.videlicet, ꝑ termino natiuitatis sctĩ Ioãnis Baptiste prox.futur de quibus.&c.fateor me.&c.

Acquietantia in plenam solutionẽ.

NOuerint vniuersi. &c.me&c.recepisse & habuisse die cõfectionis presentiũ de.I.B.&c.xx.s.sterlingorum in plenã solutionẽ omniũ denariorũ et debitorũ quorũcũq; debitorũ de quibus quid.xx.s. & de omnibus alijs & singulis denarijs et debit predict fateor me fore fideliter solutũ,dictumq; I.hered & execut suos inde esse quiet per presentes sigillo meo signat.&c.

Acquietantia generalis.

NOuerint.&c.me.&c.remisisse et relaxasse et omnino ꝑ me hered & execut meis imperpetuũ quiet clamasse I.B.&c,oĩmimod ac reales, et personal que rel calump.sectas,debitas,et demandas q̃ versus pred I.B.habeo vel habui quouismodo ab origine mundi vsq; diẽ confectionis presentiũ.In cuius rei.&c.

Acquietantia facta per execut.

NOuerint.&c.nos I.et B.&c.execut testi.&ce.recepisse et habuisse die cõfectionis pñtiũ de.w.N x.li.&c.in quibus dict w.N.dcõ R.testatori dum vixit tenebatur per scriptum suum obligatorium, de qui-

bus.&c.fatemur nos fore fideliter persolut dict.&c.vel sic x.l.quas dictus R.dum vixit debuit,de quibus quidē,&c.

¶ Acquietātia facta execut per filium ꝓ parte sua.

N Ouerint.&c.me T.B.&c.filiū R.B.&c.nuper defunct rec.et habuisse die confectionis.&c.de T. et D.&c.test dci R.xx.s.sterl,et bona et catalla subscripta,videlicet vnum equum.&c.que singnt per mortem predicte R.patris mei pro canonica mea portione de bonis et catallis suis mihi contingebat,de quibus quidem &c.fateor me fore fidelit solut.&c.vts.Dat,&c.An,regni regis.H.vij.post conquestum Anglie &c.

¶ Acquietantia facta per auditorem compoti.

N Ouerint.&c.me A.auditorē R.&c.domini manerij de D.audiuisse compotum w.H. ꝑpositi dicti domini predicti manerij fui.de D.a festo sancti Michaelis archangeli,Anno regni regis.&c.vsq; ad idem festum sancti Michaelis anno eiusdem domini regis.&c.videlicet per vnum annum integrum de oibus receptis misis et expensis inibi factis ad totum dictum terminum,ita ꝙ computatis computandis et alloc.allocandis idem prepositus remansit in arrer super dictum compotum suum vers⁹ dominū in.x.l.sterl,& insuper acquietabit dominum vers⁹ omnes creditores de omnibus debitis dicti compoti tangent.In cuius rei testi.

¶ Manumissio facta natiuo.

O Mnibus Christifidelibus ad quos.&c.T.abbas monasterij.&c.& eiusdem loci conuentus salutē.&ce.
¶ Noueritis nos,& cetera,vnanimi consensu,

et assensu, et voluntate totius capituli nostri manumisisse I.L. natiuum nostrum manerio nostro de A. in com̄ Oxon̄. spect et eund I. et totam sequelam suam tam procreat, q̄ procreandis liberos fecisse ab omni iugo seruitutis, et con ditione seruili deliberasse, ita videlicet, q nec nos, nec suc cessores nostri, nec aliquis alius per nos seu nomine nostro Aliquid iuris vel clamei in pred I. nec in progenie sua pro creat vel procreand, nec in bonis aut catallis suis ad quas= cunq; mundi partes diuertent exigere, clamare, seu vendi= care poterimus, nec debemus in futur, sed ab omi actio= ne iuris et clamei inde simus exclusi imperpetuum per pre sentes. In cuius. &c. tam sigillum commune nostrum pred capituli, q̄ Abbatis sunt appensa. Anno domini. M. lxxxiiij Et anno regni regis. H. vij.

¶ Littera tituli per Abbatem.

REuerendissimis in Christo patribus & dn̄is, domi= nis Archiepiscopis, Episcopis regis Anglie cato= licis eorum vel suffraganeis gratiam sedis aposto= lice, et executionem suorum officiorum obtinentibus C. Abbas monasterij. &cet. et eiusdem loci conuentus humi= les reuerentias tantis patribus debit, cum honore dilect nobis I.E. Eborū dioc. cuilibet vestrum qui sibi sacras ma nus imponere volunt per has litteras nostras ad domus no stre titulum presentam9 deprecāt humiliter & deuote qua tenus eund I. ad omnes sacros ordines quos nondum est as secutus per sacrarum manuum vestrarum impositionem in sacris vestris ordinibus celebrand, ad eund titulū dignemi ni misericorditer promouere. In cuius rei testi. &c.

¶ Littera tituli sacerdotis facta per mi= litem, seu armigerum.

PAteat vniuersis. &c. me I, N. &c. dedisse et intui= tu charitatis concessisse I.B. scolari ad sacros or= dines promoueri sex marcas anni redd pcipiend

et leuād de omnibus terris et tenementis in N. ad festa sancti Michaelis, et Pasche per equales portiones habend & tenend, et percipiend predictum annualem reddit prefat I. de me & hered meis, donec predictus I. ad aliquod beneficium ecclesiasticum sit promotus, dant & concedet eidem I. B. vel eius attorn plenam potestatem quotiens dictum annum redd a retro esse contigerit in parte vel in toto, in terris & tenemētis meis pred distringere, et districtiones sic capt licite asportand et retinend & donec I. B. de p dict annuo redd cum arreragijs eisdem plenarie fuerit satissactum. In cuius. &c. huic presenti scripto meo sigillum meum armorum. &c.

Littera testimonialis de patrimonio suffic.

Uniuersis sancte matris ecclesie filijs ad quorū notitiam presentes littere peruenerint w. S. in decretis bacularius official domini Archiepiscopi Oxon salutem. &c. Nouerit vniuersitas vestra T. B. accolitus Oxon dioc. eruditus est liber legittimus etatisq; xxiiij annorum, & amplius bone fame et conuersationis honeste nō excōmunicatus, nec suspensus, nec aliquo crimine detectus, quominus posset ad quoscunq; sacros ordines legittime promoueri, dum tamē sit suffic. litterature et habet patrimoniū sibi ad valēc. anuuatim. xl. s. sterl, prout ex testimonio fide dignorū super his coram nobis in forma iuris iuratorum plenam recepimus veritatem. In cuius rei. &c. sigillum officij nostri presentibus apposuimus. Datum anno domini. &c. vel sic. Reuerendissimus in Christo patrib9 & dñis, dñis Archiepiscopis. &c.

Littera presentationis ad vicariā p resignationē.

Reuerendo in Christo patri & domino, dño w. dei gratia Conuentreñ & Lichfeld Epo eiusve vicario generali et in spiritualib9, & cuicunq; vestrum

vester humilis et deuotus frater R. Towson magister hos- pic. sancti Ioannis Baptiste, et eiusdē confratres Lincolñ dioc. ommimodo reuerendi tanto patri debit cum honore ad perpetuam vicariam ecclesie parrochialis de w. vestre dioce. per liberam resignationem domini w. vltimi vicarij eiusd vacant, et ad nostram present pleno iure spectant di lectũ nobis in domino magistrum I. capellanum vestre pa- ternitati reuerendo presentamus intuitu charitatis humi- liter supplicātes quatenus dictum dominum magistrum I. ad vicariã dictam admittere et ipsum in eadem canonice instituere, ceteraq; peragere que in hac parte vestro pasto rali officio incumbunt dignemini cum fauore. In cuius rei testi. sigillũ nostrũ cōmune pñtib9 est appēsum. Dat. Oxo. in hospitali nostro x. die mensis Martij. Anno. &c.

¶ Presentatio ad vicariam per mortem vacantem sede vacante.

REuerendissimo in Christo patri & domino, dño H dei gra Cātuarieñ Archiepiscopo eiusve vicario in spiritualibus generali Lincolñ dioc. sede vacā- te vestre humiles oratrices Elizabet Abbatissa de S. eiusd dioc. et eiusd loci conuentus reuerentias tanto reuerendis simo patri debitas cum honore ad perpetuam vicariam ec clesie parrochialis de A. dcē dioc. per mortem w. R. vlti- mi vicarij eiusdem vacantem, et ad nostram presentationē pleno iure spectant dilectum nobis in Christo, dominum B. C. capellanum vestre paternitati reuerendissime presen tamus intuitu claritatis humiliter supplicantes quatenus dict dominum B. vicarium ad dict ecclesiam admittere et ipsum in eadem instituere, ceteraq; in hac parte peragere que vestro pastorali offic. incumbunt dignemini cum fauo re. In cuius rei testimonium. &c. Dat. &c. Anno domini M. ccccc. v.

¶ Presentatio ad rectoriam per mortem vacantem

REuerendo in Christo patri ac dño, domino R. dei grã Episcopo Lincolñ, eiusve vicario generali in spiritualibus vestri humiles ac deuot̃ filij R. prior corde B. w. C. rector ecclesie de. w. et I. L. vestre dioc. obedientiam reuerentias tanto patri debitas cum honore ad ecclesiam parrochialem de H. vestro dioc. per mortem domini T. vltimi rectoris eiusđ vacant̃, et ad nostram presentac. pleno iure ex dono & concessione R. L. domini. K. Richardi w. Nicolai S. & I. w. clericorum et verorum patronorum eiusdem spectant̃ in presenti, dilectũ nobis in Christo I. S. clericum eiusdem dioc. vestre paternitati reuerende presentamus intuitu charitatis supplicantes humiliter et deuote quatenus dictum I. S. ad predictam ecclesiã parrochialẽ de H. admittere, ipsumq; in eadem rectorem instituere cũ suis iuribus et pertiñ vniuersis, ac cetera in hac parte pagere que vestro pastorali incumbũt officio dignemini cum fauore. In cuius. &c. sigilla nostra presentibus sũt appensa. Dat̃ apud B, Anno, &c.

¶ Presentatio ad rectoriam per resignationem.

REuerendo in Christo patri & domino, dño w. dei grã Lincolñ Episcopo eiusve vicario generali in spiritualibus vestris humiles et deuoti filij M. H. & A. vxor eius vestre dioc. obedientiã & reuerentiam tãto &c. iureq; patronatus et liberam resignationem domini H vltimi rectoris eiusdem spectant̃, & ad nostram presentationem pleno iure spectant̃ magistrum I. A. capellanũ paternitati vestre reuerende presentamus per presentes humiliter supplicantes quatenus predictum magistrum I. A. ad predictam ecclesiam admittere ipsumq; in rectorẽ causa charitaris instituere in eadem cum suis iuribus et pertiñ vniuersis, ceteraq; peragere que vestro in hac parte incumbũt officio pastorali dignemi cũ fauore. In c⁹. &c. dat̃. &c.

¶ Presentatio per armigerum de libera capella.

CARTA.

Uniuersis Christifidelibus ad quos presentes littere peruenerint I. w. armiger dominus manerij de B. Eborū dioc. salutem & sinceram in domino charitatem. Cum capella libera de R. iuxta S. dicte dioc. ad presenť vacata, & ad meam deuotionē pleno iure spectare diuino sit. Noueritis me predictam capellam cū omnibus suis iuribus et pertiñ vniuersis dilecto mihi in Christo domino H. H. capellano viro prouido, idoneo, & honesto, donasse & concessisse, ac tenore presentium ipsumq; dominum H. H. in corporalem posse. dicte capelle iurisq; pertiñ vniuersis eiusdem inducto. In cuius. &c. sigillum meum presenť apposui. Datum in manerio meo de B. predicť. x. die mensis Augusti. Anno regni regis H. vij. p9 conquestum Anglie vicesimo primo.

¶ Littera permutationis prebende facta per regē.

HENRICVS dei gratia Rex Anglie, & Francie, & dominus Hybernie, omibus ad quos presentes littere peruenerint, Salutem. Sciatis ꝙ cum dilecť nobis I. C. persona ecclesie de w. Norwic. dioc. & R. B. canonicus in ecclesia sancti Pauli Londoñ, ac prebendarius prebende de H. in eadem ecclesia cathedrali intendūt vt asserunt beneficia sua predicta adinuicem permutare, non prebenđ pređ ad nostram dotionem spectantem ratione temporalium Episcopatus Londoñ, manibus nostris in presenti existeñ prefať I. C. ex causa huiusmodi permutationis, dedimus, et concessimus habenđ cum suis iuribus & pertiñ vniuersis. In cuius rei. &c. has litteras nostras fieri fecimus patenť, teste me ipse, apud westm̄. vicesimo die Martij. &c.

¶ Permutatio secundum registrum Sarum.

Reuerendo in Christo patri et dño, dño R. dei gratia Sar. Episcopo vestri humiles & deuoti in xpo filij I.S. et I.A. armiger feoffati T.S. de omnibus suis manerijs, & aduocationibus ecclesiarum, cum pertineñ in coñ Bark. &c. omnimodas reuerentias tanto patri debitas cum honore domini discreti viri M.T. de ecclesia parrochiali de w.A. Seneñ dioc. et D. vestre dioce. rectores intendãt & asserunt beneficia sua predicta ex certis causis, veris & legitĩ, ipsos ad hoc monentibus ad hoc dum tamen quorum interesse concensus, et auctoritas interuenerint in hac parte ad inuicem canonice permutare, nos igitur permutationem huiusmodi facienđ nostrum prebenĩ assensum pariter et consensum prefaĩ M.T. ad dictam ecclesiam de D. pređ vestre dioc. nostriq; patronatus paternitati vestre reuerende ex causa permutationis huiusmodi et non aliter, nec alio modo presentamus per presentes humiliter supplicantes et deuote quatenus suprađ M.T. ad pređ ecclesiam de D. admittere ipsumq; rectorem ex causa huiusmodi permutationis canonice instituere in eadem cum suis iuribus et pertiñ vniuersis ceteraq; peragere que vestro in hac parte incumbunt officio pastorali dignemini cum fauore. In cuius, sigilla nostra presentibus diximus apponenđ. Datum primo die, &c.

¶ Commissio super eandem.

Reuerendo in Christo patri & domino, domino I. dei gratia Asseneñ Episcopo, Robertus permissione diuina Salisbu. Episcopus salutem, & fraternam in domino charitatem, cum dilecti nobis in Christo M.T. de. w. vr̃e dioce et D.H. de D. nr̃e dioc parriochiaĩ rectores intendunt vt asserunt ex certis causis rationabilibus ipsos mouentibus ad hoc dum tamen quorum interesse consensus et auctoritas interuenerint in hac parte beneficia sua huiusmodi ad inuicem canonice permutare ad audienđ iungiĩ examinanđ ac plenarie discurienđ causaq;

negocium, permutationem huiusmodi ipsisq; causis ver̃ et legittimis inuent̃ approband̃ easdem dictasq; permutatio nes ad auctorizand̃, necnon recept̃ per nos vice et aucto= ritate nostris, D.H. de ecclesia sua de D. pred prefat̃ M.T. ad eand̃ ad quam per honestos viros I.S. et I.w. armige= ros feoffat̃ in omnibus terris et teñtis I.S. in com̃ Bark si= tuat̃ cum aduocatione eorund̃ nobis ex causa permutatio nis predict̃ presentam⁹, ipsumq; in rectorem instituendum canonice in eadem cum suis iuribus et pertiñ vniuersis, ex causa permutationis prelibate, certeraq; facied̃, exercend̃ & expediend̃ omnia & singula que in premissis necessaria fuerint, seu oportuna indictione tñ prefat̃ M.S. in corpo= ralem possessionem dicte ecclesie de D. ac ipsius canonice obedienter vices nostras rogantes de omni eo, &c.

¶ Littera permutationis inter rectores.

REuerende in Christo patri & dño, dño R. dei gr̃a Ep̃o Lincolñ vester deuotus filius dñs R.S. miles obed̃ et honorem tante patri debit̃, dilecti nobis in Christo magister S.T. rector ecclesie de. w. et dñs I.E. rector ecclesie parrochialis de B. vestre dioc. intendũt vt asserũt beneficia sua certis et legittimis de causis ipsos ad hoc mouentibus ad inuicem permutare, egoq; permuta= tioni huiusmodi fiende meum prebens assensum pariter & concensum eundem dominum I.E. ad dictam ecclesiam de w. per modum et ex causa permutationis predict̃ vacant̃, et ad meam present̃ spectant̃ vestre paternitati reuerende presento intuitu charitatis humiliter supplicans, quate= nus ipsum I.E. ad dictam ecclesiam parrochialem de w. ex causa permutationis predict̃ admittere, et instituere, in eadem ceteraq; omnia et singula que vestro in hac parte pastorali officio incumbere dinoscunt̃ eidem I.E. facere et peragere dignemini cum fauore, In cuius, &c. presenti= bus sigillum meum apposui, &c.

¶ Carta pro warda infra etatem.

OMnibus Christifidelibus ad quos hoc presens scriptum peruenerit R. comes warre, et Sar salutem. Sciatis nos prefat comitem per presentes dedisse, et concessisse G. Grey militi, custodiam w. C. filij et heredis I. C. iam defuncti, omnium terrarum, tenementorum, que ad manus nostras peuenire poterint, ratione minoris etatis eiusdem w. post mortem dicti I. qui de nobis tenuit per seruic. militare, ac maritagium eiusdem w. habend et tenend custodiam ac maritagium pred prefat G. Grey et assign suis, quousq; dictus w. ad plenam etatem. xx. vnius annorum peruenerit, et q̄ diu in manus nostras fore contigerit, seu remanere deberet. Et si contingat pred w. obire anteq̄ ad plenam etatem. xx. vnius annorum peruenerit. hered suo infra etatem existen, tunc sciatis me prefat comitem per presentes dedisse & ɔcessisse prefat G. Grey custodiam eiusdem hered, ac dictarum terrarum, et tenementorum, vna cum maritagio eiusdem hered, et sic de herede in heredem, quousq; vnus eorum ad plenam etatē viginti vnius annorum peruenerit. &c. In cuius rei testimonium. &c. Anno regni. &c.

¶ Warr pro soluc. annuitatis.

THomas Mydilton. &ce. omnibus receptoribus, balliuis, firmarijs, prepositis, seneschallis, ministris et occupatoribus, quibuscunq; dominiorū, et maneriorum nostrorum de B. w. S. et O. in com Lyncestrie qui nunc sūt, et qui ꝑ tempore futuro erunt salutē. Cū nos prefat T. N. &c. nuper per scriptū nrm cuius datum est &c. ordinauerimus, fecerimus, et constituerimus dilectum auunculum nostrū G. Grey militem Seneschallū nrm predictorū dñiorū et maneriorū nostrorū habend & tenend &

occupandum offic. pred prefat G. per se vel per suffic. deputatum suum q̄diu se bene gesserit in eodem percipiend annuatim pro officio suo pred exercend, et occupandum iiij. libras per manus receptas balliuorum, firmariorũ, seu aliorum officiariorum, & ministros dominorum & maneriorum nostrorum pred pro tempore existen̄ ad terminos scti Michaelis archang. et Pasche per equales portiones, prout in predicto scripto plenius continet. Vobis igitur omnibus & singulis receptoribus, balliuis, firmarijs, prepositis, seu alijs occupatoribus et ministris dictorum dominiorum et maneriorum nostrorum quibuscunq; pro tempore existen̄ et in futur existend, et cuilibet vestrum mandamus oneramus, et firmiter iniungimus q̄ de tempore in temp9 soluatis, seu solui faciat, seu vnus vestrum soluat, seu solui faciat eidem auunculo nostro predict. iiij. libras ad terminos supradictos sine dilatiōe vlteriori iuxta formam dicti scripti nr̄i sibi ind fact recipiend inde de predicto auunculo nostro, vel de suo in hac parte deputat acquietancias singulas solutiones (quas sic feceritis) testificantes, & p presens mandatum nostrum volumus q̄ auditores nostri dominiorum et maneriorum nostrorum predictorum qui pro tempore fuerint, vel fuerit vobis et cuilibet vestrum in vestris compotis, vel in compota vestra, de tempore in tempus, de solutione inde et cuiuslibet inde parcelle faciant siue faciat allocationem. Datum. &c. Anno regni regis. H. vij. post conquestum. &c.

¶ Patent fact pro officijs custodis foreste, Ball. Senesc. & receptor.

T. M. &c. H. B. &. A. omnibus ad quos present litteret nostre peruenerint salutē. Sciatis me prefat T. M. &c. de circumspectione & fidelitate dilecti nobis in Christo w. P. q̄plurimum confidentes per presentes constituisse eundem w. officiarium mgr̄i forestarij

foreste nostre de E. in com̄ C. siue offic. eiusdem custodia ac balliuum libertatis nostre de Copelondon̄, necnon Seneschallum, & receptorem omnium denariorum maneriorum, terrarum, et teñtorum, reddit, et seruitiorum nostrorum quorumcunq; cum suis pertiñ in com̄ C. habend, occupand, & exercendum officia pred per se, vel per deputatum, siue deputatos suos sufficientes q̄diu se bene gesserit in eisdem percipiend annuatim, et pro executione occupatione dictorum officiorum decem libras sterl, ad. ij. anni terminos, videlicet erga hoc festum Pasche, & festum sancti Michaelis archangeli, equis portionibus per manus suas proprias soluend, dantes. et concedentes eid w. plenam potestatem & auctoritatem omnia & singula officia predicta, exercend, exequend, et que ad offic. predicta rite et de iure pertinent faciend, quare vniuersis et singulis balliuis, firmarijs, prepositis, tenētibus, & ministris nostris firmiter iniungimus q̄ eidem w. vel deputato, aut deputatis suis in executione officiorum suorum predictorum, attendentes, auxiliantes, obedientes, assistentes in omnibus sint prout decet. In cuius. &c. huic presenti scripto nostro sigilla nostra. &c.

Patent fact de Wardo infra etatē per regem.

Rex omnibus ad quos. &ce. salutem. *Sciatis* q̄ nos ex certis considerationibus, et mero motu nostris dedimus, & concessimus, et per presentes damus, et concedimus, dilecto et fideli armigero nostro V. T. de S. pro C. marc. nobis solutis custodiam omnium terrarum, teñtorum, redditum seruitiorum, et reuersionum cum pertinentijs, vna cum aduocationibus, ecclesiarum, capellarum et aliorum beneficiorum ecclesiasticorum quorumcunq; q̄ nuper fuerunt R. S. armigeri defuncti, qui de nobis tenuit in capite die quo obijt per seruitium militare, et que p⁹ mortem ipsius R. S. ratione Marmaduci filij et hered eius

dem R. ad manus nostras deuenerunt, seu deuenire debuerunt, ac custodiam et maritagium hered predict absq; dis peragat habend et tenend custodiam predict prefat w. T. a tempore mortis predict R. durante minore etate dci heredis, et q̄diu eadem terre, et tenementa, ac cetera premissa in manibus nostris remanere contigerint, ac omnia exitus, redditus, proficua reuersiones, commoditates et emolumenta inde a tempore predict durante minore etate hered predict prouenienc. et crescen̄. Et vlterius ex yberiori gratia nostra concessimus, ac per presentes concedimus eidem w. T. custodiam & reuertionem omnium et singulorum terrarum, et tenementorum, redd, et seruic. cum pertinencijs cum acciderit, que eid hered post mortem aliquarum aliarum personarum durant minore etate sua descendere, reuerti, remanere, seu qualitercunq; accidere poterint seu debet, habend et tenend eandem custodiam a tempore mortis antecessoris, et personarū predictarum & cuilibet eorum prefat w. T. durant minore etate hered pred et q̄diu ea in manibus nostris contigerint ac etiam omnia exitus, redditus, et proficua, reuertiones, commoditates, et emolumenta inde medio tempore prouenientia, et crescentia, et si de herede illo humanitus contingat anteq̄ ad plenam etatem suam peruenerit herede suo infra etatem existente, seu hered infra etatem existentibus volumus et concedimus prefat w. T. q̄ ipse habet custodiam omnium terrarum, et tenementorum, reddituum, seruic. et reuercionum predictorum, ac ceterorum premissorum necnon omnium sigulorum et aliorum, terrarum, et tenementorum, reddit, et seruitiorum cum pertinentijs, que eidem hered, seu eisdem heredibus, vel heredi vel heredibus ipsius R. S. tam post mortem suam q̄ post mortem aliorum antecessorum eiusdem R. aut aliquarum aliarum personarum descendere, reuerti, remanere, seu qualitercunq; accidere poterint, vel debent durante minore etate, huiusmodi hered infra etatem existent, vel existentium, ac custodiam, et ma

ritagium huiusmodi hered seu huiusmodi hered absq; disperagatione, et sic de herede in heredem, quousq; aliquis huiusmodi her, vel aliqui huiusmodi hered ad plenam etatem suam peruenerit, seu peruenerint. Et q̄diu terre, & tenementa, redditus, et seruitia, ac cetera premissa cum pertinentijs in manibus nostris vt predictum est contigerint remanere, absq; aliquo compoto, seu aliquo alio nubium pro custodia, & maritagijs, seu exerc. et proficuis, reuertionibus, commoditatibus, et emolumentis predict, redd, faciend, seu soluend, eo q; expressa mentio de vero valore annuo premissorum, seu alicuius eorum in presentibus nomine fact existis, aut aliquo statuto, actu, siue ordinatione in contrarium fact editio siue ordinato non obstante. In cuius rei testimonium, &ce, Datum, &c, Anno regni nostri, vicesimo.

Patent fact receptori super visori.

THomas. &c. vt prius salutem. &c. Sciatis me prefato T. de fidelitate & circumspectione dilect mihi in Christo Ioannis C. q̄ plurimum confidentes per presentes dedisse & concessisse prefat Ioanni officium receptoris omnium et singulorum dominiorum, maneriorũ, tenementorũ meorũ cum omnibus et singulis eorũ pertiñ in com N. L. &c. ac ordinasse, & cõstituisse ipsum I. superuisorē omnium & singulorum dominiorum, terrarum, tenemētorum predictorum, cum pertiñ, habēd. & occupand. idem officium receptor, & superuisoris per se, vel per sufficiētem deputatũ suũ, siue p sufficiētes deputatos suos ad terminũ vite sue, q̄diu se bene gesserit in eod pcipiēdo ãnuatim, & p executione, & occupatiõe dicti officij vi. li. xiij. s. & quattor denarios, bone & legalis monete Anglie, ad duos anni terminos, videlicet, ad festa Pasche, & scti Michaelis archangeli, equis portionibus, per manus

suas proprias soluend de exitibus et reuertionibus officij sui vna cum costagijs, et expensis circa idem officium, rationabiliter fact seu fiend dantem, etiam et concedentem eidem I. plenam potestatem & auctoritatem omnia et singula exercēd, et exequend que ad officium predict rite et de iure pertinēt ad faciend: quare vniuersis et singulis balliuis, firmarijs, prepositis. &c. vts. in proximo precedeñ ante patent fact per Regem de wardo. &c.

¶ De testamentis.

TRia dicunt testamenta, scilicet, causa in remotis agendi si bona relinquantur post personam, cuius sunt testamentum nuncupantium, et testamētum in extremis. Si testator sit solus de integro potest condere testamentum. Si vxorem habeat, bona in duas partes equales diuidi debent, debitis integro primo solutis. Et si habeat vxorem et liberos, in tres partes equales diuidi debent bona, debitis de integro solutis, et tunc de parte sua condet testamentum, et licet propter infirmitatem loqui non poterit, tamen si habeat certos sensus per annuationem, et signa potest condere testamentum, si sit sane mentis et legittime etatis. Et si mulier faciet testamentum, oportet ꝙ habeat licentiam viri sui, quia proprietas bonorum per legem regni, spectat solum ad virum. Testamentum nuncupatiuum dicitur quando languens propter impetum mortis non expectat scripturam sui testamenti, sed rogat nunc curatum suum, et ceteros vicinos vt perhibeāt testimonium de vltima sua volūtate. Et illa requirūt ad legandum et tenementum vbi terre sunt diuisibilia, scilicet ꝙ testor sit ciuis vel burgensis, & ꝙ tenementum legādū sit infra libertatē ville vel ciuitatis, et sit solus seisitus, ac ꝙ testamentū sit corā testibus sigillatum. Et primo probari debet coram ordinatio, et si postea probetur, et irrotulet i cur illi9 ville, tūc tal' legac, equalet carte & seisine.

¶ Testamentum causa in remotis agenda.

IN noie dei Amen. Vigesimo die mensis Nouembris, Anno dñi M. quingentesimo. v. Ego R. G. de Oxoñ cōpos mentis proponēs dei grã peregre proficisci (vel sic) proponēs terrã sanctã vel limina aplorũ Petri & Pauli per dei grãm peregre visitare, condo testamentũ meũ in hũc modũ. In primis do & lego aiam meam deo oipotenti, beate Marie matri sue, et omnibus sanctis, corpusq; meũ ecclesiastice sepulture, vbicũq; de⁹ disposuerit. Itē lego oēs pannos meos quibus vsus fuero tpe mee mortis sibi, q fecerit me sepeliri. Item volo q idē conuertat in missas et pios vsus totã pecuniã meã quã tunc mecũ habuero. Residuũ vero bonorũ meorum do & lego I. G. fratri meo vt ipse inde ordinet & disponat pro salute aie mee, et oim fidelium defunctorũ, tã cito postq̃ de morte mea habuerit certã noticiã, prout ei melius videbiť fieri. Et eundē I. ordino, facio, & cōstituo meum executorē per pñtes, vt pñs meũ testamētũ fideliter exequať & cōpleat cũ effectu. Datũ Oxoñ, die, et anno superius expressis. Et si testamentum sigilleť tũc sic. In cuius extreme mee voluntatis testimoniũ pñtibus sigillũ meum apposui his testibus. &c. Dať. &c. Et habeat testator copiã testamenti secũ, et relinquat sigillũ suum cum testamento iu custodia sui executoris. &c.

¶ Testamentum nuncupatiuum.

IN noie dei Amē. Vicesimo die mensis Nouembris anno dñi. &c. corã nobis R. Alymer. I. M. & I. Lō. de Ox. husbandmã. R. S. de Ox. quondã vicin⁹ nr expssit & declarauit suã vltimã volũtatē, i hac forma. Ego R. S. Laborãs in extremis meũ testamētũ non valēs in scriptis redigere propter impetũ mortis, corã vobis meis bonis amicis hãc meã vltimã exprimo & declaro voluntatem. In primis do & lego aiam meã deo oipotenti, beate Marie

matri sue, et omnibus sanctis, corpusq; meum sepeliendum in ecclesia beate Marie virginis Oxoñ. Item lego vicario dicte ecclesie. xij. đ. Item lego fabrice dicte ecclesie. ij. s. Residuum vero bonorũ meorum do et lego I. H. et R. w. vt ipsi inde ordinent et disponant pro salute anime mee, prout eis videbitur melius faciend, et eosdem I. & R. meos ordino, facio, et constituo execut. vt hanc meam vltimam voluntatem fideliter exequant et compleant. In cuius rei testimoniũ nos prefat R. A. I. M. & I. L. presentibus sigilla nostra apposuimus his testib9. &c. Dat. &c. Et huiusmodi testamentum sepius fauore accipitur pro testamẽto in extremis.

¶ Testamentum & vltima voluntas in extremis.

IN noĩe domini Amẽ. Vigesimo die mensis. &c. anno domini Millesimo. &c. Ego. I. H. de. Oxo drap compos mentis, et sane memorie (laudet deus) cõdo testamentum meum, et vltimam meam voluntatem in hũc modum. In primis do et lego animam meam deo omnipotenti, beate Marie matri sue, et omnibus sanctis, corpusq; meum sepeliendum in ecclesia omnium sanctorum Oxoñ, in medio nauis ecclesie coram summa Cruce. Item lego rectori dicte ecclesie pro decimis, oblationibus meis negligenter oblitis, seu detentis. xx. s. Item lego rectori parrochie mee, vt oret pro aĩa mea, xx. s. Item lego cuilibet capellano qui interfuerit meis exequijs, et misse in die sepulture mee octo đ, Item lego cuilibet ordini fratrũ Oxoñ, vj. s. octo đ. Item lego celebrãdum pro anima mea, vnum trẽtale missarũ, in ecclesia sancti Gregorij, in Oxoñ xxx. s. Item volo q̃ fiant in die obitus mei et in die proximo sequente Mille misse, pro anima mea. Item elego ad inueniẽdum vnum capellanum idoneum, ad celebrandum pro anima mea, pro quibus teneor in ecclesia omnium sanctorum in Oxoñ, per duos annos proximo post decessum

meum ſequentem viginti marcas. Item ad diſtribuendum inter pauperes et decrepitos, in cubilibus iacentes, & magis indigentes, in villa Oxoñ, & ſuburbijs eiuſdem centum marcas, et eorum cuilibet vnam camiſiam. Item lego priſonibus in caſtro Oxoñ viginti ſolidos. Item lego cuilibet pauperi intereſſenti in die ſepulture mee duos denarios. Item ad faciendum anniuerſarium meum annuatim per decem annos prox. immediate ſequentes poſt obitum meum viginti ſolidos. Item lego Elizabet filie mee pro maritagio ſuo nomine pro parte bonorum meorum ſibi accidentium viginti libras. Item do et lego A. vxori mee tria tenementa in Oxoñ, cum ſum ſuis pertinencijs, vnde vnum tenementum ſituatum eſt, et iacet in parrochia omnium ſanctorum pređ, inter tenementum H. B. ex parte occidentali, et tenementum M. Glouer, ex parte orientali, aliud de tenementis predictis tribus tenementis ſituatum eſt, et iacet in parrochia Sancti Michaelis Archangeli, ad portam borialem Oxoñ, inter nouum hoſpicium vocatum le Crowne ex parte boriali, et tenementum Abbatiſſe et conuentus de G. ex parte auſtrali. Et tertium tenementum de tribus predictis tenementis ſituatum eſt, & iacet in parrochia ſancti Martini Oxoñ, inter tenementum R. S. ex parte occidentali, & tenementum T. G. ex parte orientali, et vnum caput abbuttat ſuper gardinum Iohannis S. verſus borialem, & alterum caput abbuttat ſuper vicum regium, verſum Auſtrum, habendum, & tenēdum predicta tria tenementa, cum omnibus ſuis pertinentijs prefat A. ad terminum vite ſue, de capitalibus dominis feodi illius, per ſeruitia inde debita, et de iure conceſſa. Et poſt deceſſum A. volo, do et, lego ꝙ predicta tria tenementa, cum ſuis pertinentijs Elyzabeth filie meo et heređ de corpore ſuo proprio legittime procreat integre remaneant. Et pro defectu heredis de corpore eiuſdem E. legittime procreatum, volo et lego ꝙ predicta tria tenementa cum ſuis pertinencijs T. Dene, & I. Herforde de Oxoñ draper

integre remaneant, ad vendendum, et pecuniam inde percipiend pro anima mea, pro animabus parentum et benefactorum meorum disponendum in operibus charitatis, & in pios vsus, prout eis videbitur melius faciẽdum. Residuũ vero bonorum meorum superius nõ legatorum post debit mea soluť et huius testť mei executionem do et lego vxori mee T. Dene et I. Herforde, vt ipsi inde ordinent & dispo nant pro salute anime mee, prout eis meliꝰ videbitur expe dire, & deo placere. Et eosdem A. T. Dene et I. Herforde meos ordino, facio, et constituo executť per presenť, vt presens testamentum meum fideliter exequantur et cõpleant cum effectu. Et vtriq; eorundem T. Dene et. I. Herfordie, do & lego pro labore suo in hac parte quadragita solidos In cuius rei. &c.

¶ Codicillus testamenti.

ISte codicillus testamento meo annexus est, vltima voluntas mei T. Hulton de Oxoñ Draper. In primis volo ꝙ in testamento meo contẽta fiant & per impleantur. Item volo ꝙ R. apprenticius meus de residuo termini apprenticietatis sue venturi penitus de cetero sit exoneratus. Item remitto, relaxo, et perdono I. B. de Ox. Holer, medietatem omnium debitorum que mihi debet. Item perdono I. T. de eadem taylour, totũ debitum ꝙ mihi debet, vt ipsi orent pro anima mea, & pro animabus parentum et benefactorum meorum. Item lego K. S. filiole mee vnam zonam de serico argenť vnam murdrum quinq; vnciarum argenti, et sex coclearia. Dať vigesimo secundo die mensis Septembris, sub testibus, & anno domini, vt in testamento meo.

¶ Explicit Carta feodi, et sequiť Tabula.

¶ Tabule finis.

¶ Explicit carta feodi.



g.ij
dis forcite.
g.ij.
cratem per
g.iij.
isori.g.iiij.
g.iiij.
otis agen=
h.i.
n h.i.
nnos in ex
h.i.
h.ij.